



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

215. An si dentur Sacerdoti particulæ pron communicandis laicis non
solùm post offertorium, sed etiam post Præfationem ante consecrationem,
possit illas adhuc consecrare, facta oblatione dictarum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

128 Tract. I. De Celebrat. Missarum,

instructionis ordinandorum pro Archiepiscopatu Hispalensi, que nouissimè anno 1640. iussu Inquisitoris Martini Real vii quidem docti & amicissimi edita fuit: vnde in part. 5. §. 8. n. 4. sic habetur. [Es necessario que la ostia de la Misa sea mayor que la forma que se da a los seglares. Respondeo. Que si no ya mas que esta forma se puede dezir en secreto Misa con ella, y si es dia de fiesta para que cumplan con el precepto otros muchos se puede, y aun se deve, y se los avisera antes si fuere necesario para que no se escandalizan. Assi lo sientan Varones doctos, quibus ego libenter adhæco.

confessare? Ex part. 2. tractat. 17. & Mis. 3. Rel. foliat. 19.

§. 1. **E**x communi DD. sententia, negotiō reponit. Siquidem est: nam materia consecrandi determinati per intentionem consecrandi, unde Con. 3. p. 9. 74. art. 2. dub. 3. n. 39. ait: Si sacerdos omnino incio esset appositè aliquæ hostiæ consecrandæ, non posset confiteri has velles consecrare, eisq; essent posita in corporali, quia voluntas non potest ferri in omnino incognitum. Intentio autem consecrandi, quæ includitur præcisè in voluntate celebrandi sacram, tantum necessariò fertur circa materiam, quam manibus tener tempore consecrationis, vel quæ est in calice: nisi aliqua circumstantia cogitat ad alia extendi. Ad quod necessarium est, ut haec sint cognitæ à Sacerdote, quia intentio, ut dictum est, non fertur in omnino incognitum. Ita etiam Summa Angelica ver. Euchar. 1. §. 26. & Tabernac. Euchar. 2. §. 4. cù Barth. ab Angel. dialog. 4. §. 8c. & alijs.

2. Sed quia aduersus hanc sententiam, invenimus neotericum quedam disputantem, in gratia letorum non reticemus verba. Igitur Didac. Nug. tom. 1. in 3. p. 9. 74. art. 2. difficult. vlt. ait: Quid si hostia posita addatur alia, sacerdote incio, consecratio vtriusque valida est. Ratio est, quoniam dum sacerdos non haber irreligiosam intentionem, semper intelligitur, & præsumitur habere religiosam intentionem, quam debet habere; quia talis est. Mea intentio est consecrare istam hostiam, qui etiam illam futuram esse præsentem, si tamen fuerit alia præsens, mea intentio est illam consecrare. Et licet hoc non dicat expressè, dicit tamen virtutem, & includit totum hoc in eo, quod est habuisse rectam intentionem; aliud est, si habuit à principio formalem intentionem non consecrandi, nisi illam, quia tunc si forte apponatur alia, nullum est factum. Hac Nugus. Nec valer dicere, quid nonna consecranda debet esse aliquo modo, ut diximus, determinata per intentionem consecrandi, vi probant Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 43. sed. 6. Valer in 1. part. tom. 3. disp. 71. cap. 1. num. 6. Henriquez in 2. cap. 14. num. 5. Toletus lib. 2. cap. 25. num. 6. & alijs. Nam, respondeat Nugus, quod etiam in illo casu determinatur materia ex intentione Sacerdotis, quoniam quando accedit ad consecrandum, debet habere intentionem consecrandi illam quam habet præsentem, atque adeo non impedit quod si alia, quam ipse apposuit à principio. An hæc opinio sit legitima, videant viri docti.

RESOL. CCXV.

An si dentur Sacerdoti particula pro communicandis laicis non solum post offertorium, sed etiam post Præfationem ante consecrationem, possit illas adhuc consecrare, facta oblatione dictarum particularum mente concepta? Ex p. 6. tr. 6. & Mis. 1. Rel. 7.

Quæ hic est
Ref. antec-
dens.

§. 1. **P**osse oblatione dictarum particularum mente concepta post offertorium ante præfationem urgente aliqua causa iusta, docui cum Gauantu in p. 2. tr. 14. rel. 71. Nunc tamen addam secundum Philibertum Marchinum de Sacram. Ordinis tr. 3. p. 2. c. 4. n. 1. etiam fieri hoc posse post præfationem; quia ait ille, oblatio particularum, neque de necessitate sacrificij, neque ex vi legis præceptivæ coniungi debet cum grandioris hostiæ oblatione, sed sufficit utrasque simul tempore consecrationis in codice corporali repetiri, ut omnes verba consecatoria æquatiter recipiant. Neque video maiorem rationem, cur ante præfationem id admitti debeat; minimè vero post ceptam Præfationem, cum in neutro casu nullam oppositam legem habeamus. Ita Marchinus. Cuius sententia videtur etiam docere Megalius in Promptuar. tom. 2. verb. Eucharistia materia. n. 7. Vbi afferit facta oblatione ante consecrationem posse Sacerdotem recipere particulas ad aliquos communicandos, & illas vñā cum hostia iam oblata consecrare. Nota quod non dicit facta oblatione ante præfationem, sed ante consecrationem; ergo etiam post Præfationem.

Quidam Sacerdos in Sacrificio habuit intentionem consecrandi particulæ, que quidem in Pixia super Altare in cornu Epistola fuerint ex errore apposita, non autem super Aram, queritur, ut remaneat consecrata, si Sacerdos amplius de illa meminerit?

Et cur sim notatur, quod si Pixia posita super Corpore non aperitur tempore consecrationis, si tamen aperitatio? Ex p. 3. tr. 6. & Mis. 2. Rel. 10j.

RESOL. CCXVI.

Quæritur, an illæ particulae, quæ quis incio Sacerdoti, consecrandas apposuit in corporali, remaneant

Hic casus frequenter paret accidere, & ego docui, quam tuerit P. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 4. sect. 6. Et ratio est, quia intentio ministri debet esse rationabilis, non esset autem talis, si minister intenderet consecrare particulas, positas extra Aram. Et ergo in tali casu non est præsumendum Sacerdotem.